

## Bourges A 2 (lat)

†<sup>1</sup>

Domnis<sup>a</sup> suis illo<sup>b</sup> et illae<sup>c</sup>

Et quia inscium non habetur, quod genitor noster in re vestra manere dinoscitur et praecariam vobis fecit<sup>d</sup> quam nos semiliter renovamus et signantes<sup>e</sup> firmamus; et<sup>f</sup> ut nos ibidem pietas vestra manere permittat, humeliter<sup>g</sup> postulamus. Sed ne possessio nostra vobis heredibusque vestris praeiudicium inferat, hanc praecariam vobis deposuimus, spondentes, quod, si ullo umquam<sup>h</sup> tempore huius cartulae condicionem obliti, in quibuslibet ambastiis, aut ubi<sup>i</sup> a vestris actoribus<sup>j</sup> ex vestro praecepto fuerimus imperati, non procuraverimus cum omni oboedientia<sup>k</sup> adimplere, aut hoc, quod possedemus, non vestrum esse dixerimus, tamquam<sup>l</sup> praevasores inprobos<sup>m</sup> iuxta legum severitate<sup>n</sup> vestris partibus conponamus; et nos ipsos exinde proiecendos absque ullius iudicis interpellatione integrum potiamini<sup>o</sup> arbitrium. Haec stipulans<sup>p</sup> |<sup>2</sup> stipulati sumus atque spondimus, aquiliani<sup>p</sup> legis mentione firmamus.

† Et si haec praecaria dinuo renovata non fuerit, absque alia per trigenta annorum spacia seu amplius integram obteniat firmitatem.

Stipulatione subnexa.

<sup>a</sup>Domnis] domīs P<sup>c</sup>; dominis Par

<sup>b</sup>illo] illi P<sup>c</sup>; illis Par; illi Roz

<sup>c</sup>illae] ille Par

<sup>d</sup>fecit] ferit Par

<sup>e</sup>signantes] signanter Par

<sup>f</sup>et] ausgelassen Par

<sup>g</sup>humeliter] humiliter Par

<sup>h</sup>umquam] unquam Par, Roz

<sup>i</sup>aut ubi] so auch Par, Roz; Dittographie aut ubi aut ubi P<sup>c</sup>; aut ubi aut ubi behält Zeu

<sup>j</sup>actoribus] eredibus Par

<sup>k</sup>oboedientia] obedientia Par

<sup>l</sup>tamquam] tanquam Par

<sup>m</sup>inprobos] improbos Par

<sup>n</sup>severitate] severitatem Par

<sup>o</sup>potiamini] pociamini Par

<sup>p</sup>aquiliani] ac qualicumque Par

<sup>1</sup>[fol. 62<sup>v</sup>]

<sup>2</sup>[fol. 63<sup>r</sup>]